31

Sigismundus Dei Gratia rex Poloniae magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae &c dominus et haeres. Reverendis in Christo Patribus dominis Episcopis ac Magnificis Generosis et Famatis terrarum nostrarum Russiae consiliarijs sincerè et fidelibus dilectis.

Revndi in Xto Patres, et Domini, Mfici Gnosi nobiles et famati!

Redditae sunt nobis literae ab Illustri Principe Domino Barvine duce Stetinensi, quibus subdito cuidam suo nobili Alexio Ciecholewski justitiam longo tempore denegatam administrari postulat, eas nos literas una cum supplicatione ipsius Alexij sinceritatibus et fidelibus vestris mittimus, atque eas hortamur et praesentibus injungimus, ut cognita causa universa Alexio huic indilatam administrent, factura pro fide atque officio suo et gratia nostra. —

datum vigesimâ tertia mensis Febr. annô Domini millesimô quingentesimô quadragesimô secundô. regni nostri anno trigesimô sextô.

Ex commissione Sacrae Regiae Majestatis propria.

scrip: Kalinowski.